

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

15. Tertia, quarta & quinta causa repudiandi talis adjutorij est coactio,
necessitas, fatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

hoc est ab ipso homine actio & voluntas exigitur, fieri non posse ut per adjutorium voluntatis & actionis detur à Deo. Nam Monachorum illorum cum Pelagiánis communis est illa superioris allegata querimonia: *Ut quid nobis* Lib. de cor. & grat. c. 2. *predicatur atque præcipitur &c. si hoc nos non agimus sed id velle & operari Deus operatur in nobis?* Et ad illos instruendos est illa Augustini expositi Epist. 1. ad tio: *Eo ipso, quippe quo preceptum & imperatum est ut intelligamus atque sapiamus, obedientiam no-*
Frat. C. 2.

*A*stram requirit, que nulla potest esse sine libero arbitrio, sed si posset hoc ipsum sine adjutorio Dei gratia fieri &c. Et in libro ad eos exarato atque translimillo: *Nunquid tam multa qua præcipiuntur* Lib. de grat. & lib. arb. *in lege Dei ne fornicationes & adulteria committantur, indicant aliquid quam liberum arbitrium?* Ne. c. 4. *que enim præcipere natus nisi homo haberet propriam voluntatem qua divinus præceptus obedit?* & iamen Dei donum est &c.

Tertia, quarta & quinta causa repudiandi talis adjutorij est coactio, necessitas, fatum.

C A P V T X V.

TERTIA causa cur illud adjutorium voluntatis & actionis abominentur, pendet à precedentibus, nempe, quia per illud homines inviti & coacti credunt & operantur siquid videntur operari boni. Coactio autem omnino repugnat voluntati. Indicant hanc suam de Christiana gratia opinionem quando dicunt: *Hominem opus Dei defendimus, neo ex illius potentia, vel in bonum, vel in malum invitum aliquem cogi, sed propria voluntate aut bonum facere aut malum.* Ita ex obliquo taxant sententiam Catholicorum. Hoc enim propter illam gratiam ab eis dici qua credendi voluntas & operandi, non credentibus, imò ante nolentibus inspiratur, declarat egregie refellitque Augustinus. Per illam enim gratiam fit non ut homines, inquit, quod fieri non potest, nolentes, hoc est, coacti & inviti credant, sed ut volentes ex nolentibus frant. Sed alibi clarius, quid in adjutorio gratiae ab Augustino prædicata sibi displicet, confitentur. Docere namque Catholicos calumniosè dicunt: *Quia nisi Deus invito & reluctanti homini inspiraverit boni & ipsius imperfecti cupiditatem, nec a malo declinare, nec bonum possit arripere.* Et paullò post suam promentes opinionem; *Gratiant, afferunt, adiuuare amissum que bonum propositum, non tamen reluctantis studium virtutis immittere.* Quibus verbis hoc se averfari indigant, quod invito & reluctanti homini studium virtutis immittatur, ita scilicet ut invitus relatae cupiat & sectetur bonum, sicuti inviti subinde homines cupiunt & operantur malum. Prodit hoc prolixia illa Iuliani adversus Augustinum disputatio. Audi sanè, inquit, ubi rūm humana libertatis ostendit; *Ego veni &c.* Jul. f. 132. *asque omnibus vehementer quod dictu intentionem suam humanam voluntate impeditam fuisse, quoties volunt congregare &c. & volueristi.* Post quod non sequitur, sed te nolente (hoc est ut scilicet Augustinum sentire putat, te invito & reluctantante) collegi: & alibi sensum Augustini perstringens: *Interrogo ad quem modum liberatur (voluntas) ut bonum semper velle cogatur (scilicet per gratiam) & malum velle non posse;* an utrumque posse appetere? *Hic tu si responderis, ut bonum semper velle cogatur, quam sis Iovinianus, ita etiam*

de Cm.
174. 11.

Lib. 1. ad Bonif. c. 18. opus
B. 1. ad Bonif. c. 5.

2bid.

Lib. 2. ad Bonif. c. 5.

2bid.

Lib. 1. opus imp. cont. Jul. f. 132.

2bid. f. 151.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A ipse recognoscis. Si autem dixeris, & quomodo potest esse voluntas libera, si bonum semper velle cogatur? Respondeo, & quomodo dicebatur ante voluntas libera, scilicet juxta te, si malum tantummodo velle cogebatur: antequam videlicet illam à Deo accepisset gratiam qua à peccato sibi dominante liberaretur. Quam Pelagianorum omnium de gratia opinionem sic tollit Augustinus: *Quonamodo autem dicu eum, cuius voluntatem nos dicimus à Domino preparari ita fieri bona voluntatis ut bonum velle. COGATVR (quod absit ut dicatur à nobis) viderit præclare intelligentia tua, si enim COGITVR, non vult; & quod absurdius quam ut dicatur nolens velle quod bonum est. De natura etiam Dei vide quid sentias homo, qui dicas COGI bothmedu ut bonum velit, si malum velle non posse.*

Hac ergo opinio, quam omnes Pelagiani de vi & efficacia Catholicorum illius adjutorij & voluntatem operantis, tenent, causa est cur passim etiam captivitatem ac necessitatem tam in malis quam bonis per illud homini afferri vociferentur. Nimirum quia per illud adjutorium uni parti voluntas affigatur, & ut loqui solet, determinatur, ad malum quidem quando justo Dei iudicio subtrahitur: ad bonum vero quando per ejus misericordiam liberaliter datur. *Hic intellectus est (liberi arbitrij)* Ibid. f. 121. *qui cum illis quos enumeravimus, ait Julianus Augustino, vos etiam à Christo monstrat alienos.* Et causam ex ratione libertatis afferens: *Libertas igitur arbitrii,* inquit, *possibilitas est vel admittenda vel vitandi peccati, experts cogentis necessitatis, quo in suope iure habet, utram suggestientia partem sequatur.* Et aliquanto post: *Ceterum duo ista que* Fol. 124. *iungit, liberum & non liberum, id est, liberum & captivum illi quidem rei de qua agimus (id est libero arbitrio) convenire non possunt. Tibi vero stultitiam singularem, impudentiam novam, impunitatem veterem adesse testantur.* Et inferius diserte contra Augustinum, quam putat opinionem, negat; *Adjutorio sic destruit libertatem, ut aliquando* Fol. 126. *ea exclusa vel bonum vel malum cuiquam necessitas credatur incumbere: sed sic se habere docet, ut arbitrio libero omne adjutorium cooperetur; possibiliter scilicet adjuvando, & cum ea influendo. Et sine ullo verborum fuco aut obscuritatis ambiguo: Videamus nunc, inquit, quantum ab eo* Fol. 123. *(Mani-*

(Manicheo) recesseris. Dicis esse liberam voluntatem, sed ut malum tantummodo faciat, non autem in hoc esse liberum, ut malum defiat operari, nisi ei fuerit imposta NECESSITAS volendi bonum, ab ea natura qua, ut tuus utar sermonibus, malum non potest velle. Et paulò inferius: Tecum ergo putat (Iovinianus) tempore baptismatis (quando scilicet gratia hominem possidere, & ad bonum agere incipit) imponi hominibus necessitatem boni: quod aque falsum est, quām quid tu putas, ante baptismata inesse hominibus necessitatem faciendo mali. Quando scilicet, ut plurimum illo gratiae adjutorio carent. An opus pluribus? Ecce rem totam in summam colligit. Quo collecto, ait Iulianus, convinceris inficiari dogmata tua, ut promitas te liberum arbitrium non negare, quod ante mali, postea boni necessitate subvertitur. Vbi isti longissimæ disputationes se tantopere immoratum dicit, ut ostenderemus, inquit, certissimum esse quod dixeram, quia negarent liberum arbitrium homines, quia vestro fuisse sermone deterriti, & in verum existim vana formidine truderentur TECQUE ESSE PRÆCIPVM ARBITRII LIBERI NE-

fol. 453.

fol. 164.

GATOREM.

Neque necessitatem tantum, sed etiam Fatum, per illam gratiam libertati afferri invidiōsē clamant. Sub nomine gratiae, inquit Lib. 3. et Episcopi Octodecim Pelagiani ita Fatum afferunt, ut dicant, quia nisi Deus invito, & reluctanti homini inspiraveris boni & ipsius imperfecti cupiditatem, nec bonum posset arripere. Et Augustinus: Inter que dicas etiam illud vestrum contra Christi gratiam sepe à vobis inaniter dictum, quod scilicet appellatione gratiae bonos fieri homines fatali necessitate dicamus. Quam opinionem Pelagiani ex modo operandi prævenientis illius gratiae conceperant, quae hominem invitum & reluctantem facit ut velit. Ideo enim dicunt: Ita fatum afferunt, ut dicant, quia nisi Deus invito & reluctanti inspiraverit boni cupiditatem &c. Nam præterquam quod efficacissime suum effectum operatur, hoc etiam habet ut homini neque laboranti, neque cogitanti, saepe etiam repugnanti & adversus ipsam gratiam bellum obstinatissimum gerenti inspiratur.

Sexta, septima & octava causa, quia securitatem ignavam affert, laudem, meritum & præmium tollit.

CAPVT XVI.

HINC enim nata est alia quæ sexta est istius adjutorij voluntatis & actionis accusatio ac detestatio, quod tale genus gratiae supinam quandam securitatem afferat, inerte[m]que negligentiam. Iulianus: Nunquam quidem ei adfuit libertas, & pro imperf. s. 153 batus sine reatu ante peccasse (ante acceptam scilicet gratiam) & postea sine cura sanctitatis gloriam posidere. Quam Pelagianorum itemque Catholicorum quorundam de ista gratia opinionem respicit Augustinus cum dicit: Sed rursus qui putant bonam vitam esse deservendam, quando audiunt sic Dei gratiam prædicari, ut credatur & intelligatur, voluntates hominum ipsas ex malis bonas facere, ipsas etiam quæ fecerit custodiare, & propterea dicunt, faciamus mala ut veniant bona, infinitam deservant &c. Et infra: Nec sic defendatis gratiam ut quasi de illa SECVRI mala opera diligatis. Hanc autem ignavam securitatem duplice ex capite succrescere arbitrantur.

Primo, ex eo quod illud adjutorium non promulgue omnibus commune esse statuatur, sed ita ex puro Dei pendere beneplacito, ut illud cui velit ipse largiatur. secundum illa; Spiritus ubi vult spirat. Et dividens singulis prout vult. Hinc enim sequi videtur, nihil penitus ab homine sollicitudinis esse postulandum, sed securè exspectandam cœlitus gratiam vel aquæ motionem. Hac enim consideratione potissimum putabant aliqui id quod ex Epistola ad Valentiniū jam adduximus, bonam vitam esse deservendam, quando audiebant illam Dei gratiam prædicari quæ facit & cultodit voluntates bonas. Nimirum de illa quasi securi ut ve-

A niret gratia quando Deo ita videretur, mala opera diligeant. Hoc item ex capite calumniatur Iulianus Augustinum dicere: Nihil stude[m] exspectari ab humana voluntate debere contra Iul. 1. 8. illud Euangelicum quo ait Dominus, Petete & accipe[re]. Cū enim illud adjutorium preces omnes, quas pro ipso impetrando fundimus prævenire debeat, ut det primitus fidem ex qua petamus, & effundat super dominum David spiritum gratiae & precum, quibus petamus; profecto nihil studij videtur exspectandum ab humana voluntate sed totum Deo esse reliquendum. Hoc Augustinus vocat in finitam declinare, lib. 2. de pa[n]tempe, per nescio quam perversam atque pravam merit. & securitatem de ipsa gratia, se tanquam impune dare remiss. c. 35. peccatis.

Secundū, ex eo suboriri videtur Pelagianis ista ignava securitas, quod cum illud voluntatis & actionis adjutorium dare dicatur ipsa voluntatem & actionem, nihil opus esse videatur, ut nos conatibus nostris ad volendum agendumque annitamur. Hoc enim gratiae opus est, & in illo cui precibus impetrata jam ac data fuerit, ab ipsa illa gratia fieri debet. Hanc gratiae criminacionem intuetur Augustinus dicens: Nec ideo tamen (quia opus jut. 1. de p[ro]ficitia à Deo deprecandum est) de hac re solis v[er]o merit. & agendum est, ut non subinseratur admindo etiam remiss. c. 5. nos[tr]e efficacia voluntatis: Adjutor enim noster dicitur Deus. Nec adiuvari potest, nisi quicquam aliquid sponte conatur. Et in fragmto cuiusdam ser. Fragmento monis eleganter: Quidquid nobis iubetur, orati. 1. post Serm. de diversu ex dum est ut impleatur: Sed non sic ut dimittamus nos, Tom. 2. & quomodo egri iaceamus supini, & dicamus, Plus Egoq[ue] Deus abbas.